



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Faber.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

dia & otium eliminatur, & opificia, indeque varia proveniens negotiatio incrementum capiunt. Nec ditioribus in iis pauperibus (qui vel præsenio aut infirmitate laborare non possunt, vel præ verecundia emendicare erubescunt, & per adversa ad pauperiem redacti sunt) materia dederit cælum pijs eleëmofynis emendi.

Faber.

Quis formavit Deum? & sculptile conflagavit ad nihil utile? Faber ferrarius limâ operatus est. Artifex lignarius extendit normam, formavit illud in runcina [idolum scilicet] Memento horum Jacob & Israel, formavite, ne obliviscaris mei. Il. 44. Applica tibi, qui ob creaturam, quam perditè amas, offendis Deum Creatorem tuum. Nonne hic est Fabri-filius? Matth. 13. Sic Christus videri voluit abjectæ conditionis. Et quos tu fumos habes? ut vel te tuorum inferioris fortunæ pudeat; vel ob eos altiùs elevatos infleris.

Figulus, Textor.

Precisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordiret, succidit me, de mane usque ad vesperam finies me. Il. 38. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Pl. 2. Nunquid dicit figmentum ei, qui se sinxit, quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem.